

synt, ydt wer denn er gude wille. Dusse tom teyken der warheyt hebbe wy unser ebdigen ingesegel etc.

Datum anno domini MCCCCLXXX quarto in VI^a Andree.

Aus dem Copiale des Abtes Andreas S. 73.

Giebichenstein, (1484).

522.

Ernst, Administrator des Erzstiftes Magdeburg, trägt dem Abt Andreas zu Kloster Berge auf, die Klöster S. Lorenz in Neustadt-Magdeburg, S. Georg in Hecklingen, S. Mariä auf dem Münzenberg bei Quedlinburg, Mariastuhl bei Egeln und S. Mariä in Meyendorf in seine besondere Aufsicht zu nehmen.

Ernestus etc. venerabili et religioso patri domino Andree abbati monasterii sancti Iohannis baptiste in Berga prope et extra muros civitatis nostre Magdeburgensis ordinis sancti Benedicti salutem et caritatem in domino sempiternam. Quia ex iniuncto nobis pastoralis officii debito inter cetera tenemur monasteriis et religiosis personis nobis subiectis vigilantim sollicitudinis studio diligenter providere ut in spiritualibus et temporalibus votiva recipiant incrementa, preterea licet alias vobis ac venerabilibus patribus dominis Iohanni beate Marie virginis in Huysburg, Hermanno in Ilszeneburg ordinis sancti Benedicti Halberstadensis diocesis abbatibus, Andree monasterii beate Marie virginis nostre civitatis Magdeburgensis ordinis Premonstratensis, Iacobo Nefen sancti Sebastiani ibidem in Magdberg decano ac curie nostre officiali generali necnon magistro Iohanni de Allenstein procuratori in ecclesia nostra Magdeburgensi ex causis in literis nostris desuper datis expressis visitacionis et reformationis officium auctoritate nostra in omnibus et singulis monasteriis utriusque sexus in civitatibus et diocesis nostris Magdeburgensi et Halberstadensi situatis quorumcumque ordini usque ad nostrum bene placitum generaliter commiserimus, tamen attendentes quod cottidie dubia et negotia oriuntur et emergunt in eisdem super quibus necessario indigent auxiliis et consiliis oportunis et grave esset pro illis ad visitatores recurrere et omnes pro hiis occupare, decrevimus etiam cuilibet monasterio sanctimonialium de aliquo commissario nostro providere, ad quem in suis dubiis et necessitatibus possit recurrere et refugium habere. Vnde de vestra fama et experientia in talibus plurimum confisi vobis monasteria sancti Laurentii nostre nove civitatis Magdeburgensis, sancti Georgii in Hekellinge, beate Marie virginis in Monte Syon prope Quedlingburg vestri ordinis, ac Sedis regine celi prope Egelen et beate Marie in Meiendorff ordinis Cisterciensis Halberstadensis diocesis ita duximus committenda, ut auctoritate nostra tocies quociens fuerit necessarium et optimum illa communiter et divisim cum assumendo aut assumendis iuxta vestram discrecionem